



Universitätsbibliothek Paderborn

Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1651

2. Tantam esse Dei bonitate[m], vt sua consilia subinde suis amicis paterfaciat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45653

Cap. IV. An diuina Iudicia sint indeganda? 29

faciant, qui ea suspiciunt, & admirantur, atque, etiam cauissimis eorum latentibus, approbant; longè sane rectius, quam olim Pythagoræ auditores, quibus satis fuit, audiuisse, auctor est, ipse dixit, (que enim ratio illum intellectum satiabit, cui non sufficit, Deum aliquid dixisse, aut fecisse?) tamen tanta est Conditoris nostri bonitas, tanta æquitas Gubernatoris, ut non raro sapientiae suæ thesauros homini quoque patefaciat, & quodammodo rationem reddat suæ gubernationis.

Tamen si enim legamus: *Quis cognouit sensum Domini? aut quis consiliarius eius fuit?* non tantum qui daret consilium Deo, sed Rom. 11.34. etiam qui conscientis consiliorum & arcanorum diuinorum esset: tamē etiam alibi legimus, Deum dixisse: *Num celare potero Abraham, quæ gesturus sum?* Quia de causa D. Bernardus ita loquitur: *Quis cognouit sensum Domini? aut quis consiliarius eius fuit?* non equidem nullus, sed *rus.* Soli sane qui veraciter dicere possunt: *Vnigenitus, qui est in simo Patis,* ipse enarravit nobis; *in Mundo a strepitu.* Clamat in populis ipsiusdem *Vnigenitus, tanquam magni consilij Angelus:* *Qui habet aures audiendi, audiat.* Et quoniam dignos non inuenit sensus, quibus Patris committat arcanum, texit, parabolæ turbis; ut audientes non audiant, & videntes non intelligant. Ceterum amici seorsim audiant: *Vobis datum est nosse mysterium regnum Dei.* *Quibus& loquitur: Nolite timere pusillus grex, quia complacuit Patri vestro dare vobis regnum.* *Qui sunt hi? Vtq; quos præscivit & prædestinavit conformes fieri imaginis Filii Dei,* ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. *Magnum secretumq; innotuit consilium: nōn Dominus, qui sunt eius: sed quod notum erat Dei, manifestatum est hominibus.* Nec alios sane dignatus est tanti participatio[n]e mysterij, nisi eos ipsos, quos suos præscivit & prædestinavit.

Inter quos prima fuit Deipara; quæ, ut sciret, quid sibi in negotio Dominicæ Incarnationis agendum, aut quæ suæ futuræ essent partes, non de diuina potentia, aut de veritate eorum, quæ ab Angelo dicta fuerant, dubitans, auditio admirabili nuncio ac salute, dixit: *Quomodo fiet istud?* aut, ut S. Ambrosius & Beda expoununt, admirans & cupiens scire modum, quo id futurum esset, sine virginitatis, aut voti violatione. Addidit enim: *Quoniam virum non cognosco.* Indagauit ergo secretissimum arcanum Dei, sed quia sanctissimo animo indagauit, meruit erudiri ab Angelo dicente: *Spiritus Sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit*

II.

Rom. 11.34.

Gen. 18.17.

D. Bern.

epist. 107.

III.

Luc. 1.34.